

67888!

SBN

DE MEDICINÆ

CHIRURGIAE

PRÆSTANTIA ET AUCTORITATE



EPISTOLÆ DUÆ

MICHAELIS BONANNI

LEGIONIS FABRUM ET BALLISTARIORUM

PRIMARII CHIRURGI STUDIO

PRIMUM EDITÆ.




NEAPOLI MDCCCLXXXIX.

EXCUDIT PHILIPPUS RAYMUNDI.



ERUDITO LECTORI

MICHAEL BONANNUS.



Quum in Commentario de Vita ; Muniis,
& scriptis Francisci Serai , Viri de Medicina
egregie meriti , mihiique amicissimi legisset ,
a Decano Facultatis Medicæ Parisiensis anno
MDCCXLVIII. ad Regiæ nostræ Universi-
tatis Medicinæ Professores epistolam missam
esse , qua is Facultatis totius nomine quereba-
tur de vi a conterraneis Chirurgis suis in Me-
dicinam illata , & consilium opemque simul ab
Regiæ hujus Universitatis Medicinæ Professo-
ribus quærebat ; eique a Francisco Serao U-
niversitatis nomine rescriptum fuisse ; sanequam
dolui , a Cl. Commentarii auctore Thoma

A

Fa-

402

Fafano quæstionem excuti, epistolas ambas
memorari, neutram tamen afferri; quod, ut
ipse ait, utriusque *autographum intercidisset*,
exemplumque ab amicissimo sibi Viro ostensum,
gravissimis, nec expiabilibus mendis scateret.
Nuper vero quum Nicolaum Froncillum, Præ-
ceptorem meum, qui anno MDCCXLVI.
Chirurgiæ Theoricæ, & Practicæ cathedram
obtinuit, salutandi causa convenissem, & inter
alia, de quibus locuti fuimus, de Epistolis
hisce mentio inciderit; optimus senex, quippe
qui a Galiano Universitati Præfecto una cum
Joachimo Poeta, Joanne Baptista Balbo [Lu-
cæ Antonii Portii discipulis]; Francisco Se-
rao [Nicolai Cyrilli alumno]; Francisco Por-
tio [Lucæ Antonii pronepote]; & Agnello
Firellio ex Medicorum ordine Universitatis
Professoribus: Aloysio Tortora, ex Chirurgo-
rum classe, in consilium tum vocatus fuerat,
ea-

earumque conscius esse debebat , protinus omni
me sollicitudine liberavit , exemplum e pluteo
utriusque epistolæ ceteris emendatius proferens,
mihique legendum utendumque tradens . Hoc
igitur exemplo , plura sum consecutus & mihi,
& litterarum amatoribus non supervacua . Nam
primo voti compos factus sum , deinde ambas
epistolas ab oblivione vindicavi ; postremo si
quando inter Medicos , & Chirurgos , conten-
tio integrascat , quod temperamentum adhibe-
ri oporteat , perspectum erit ; quamobrem notu-
las duas adjiciendas putavi , alteram pag . 24 ,
alteram pag . 28 . Ac ne unis Eruditis , sed &
Medicorum etiam Ministris , qui latini idio-
matis rudes omnino sunt , vetus isthæc quæ-
stio nota sit , operam dedi ut italice utraque
yerteretur epistola . Hæc tibi dicere habui .
Vale .

Neapoli . iv . Nonas Septem . An . MDCCCLXXXIX .

SPECTATISSIMI ET ILLUSTRISSIMI VIRI.

AD Vos scribere suadet Artis nostræ afferenda dignitas , ambitiosis , & inquis diu nimis lacepsita Chirurgorum ausis ; hortatur & sanctissimâ lex circa medendi rationem ad hæc usque tempora in tōto orbe inviolata , quam temere impugnare ac proscindere non verentur : jubet tandem publica , cui invigilare nostrum est , civium salus . Nec forte Vobis inaudita narramus , cum has nuntiamus lites , quas nefanda peperit Chirurgorum nostratum audacia , eo quidem perducta hodie , ut facultatis nostræ auctoritatem , firmissimo quamvis fundamento nixam , agnoscere renuant ; Medicorum directionem ; jura , ac præscripta contemptui habeant ; nec patiantur eos , judices Candidatorum suorum examinibus præesse , licet id solenni lege in toto Regno sanctum sit ; seque non amplius Artis ministros , ac potius Magistros , & antefighanes gerentes , universam Medicinam , in qua plane hospites sunt , & ignari , exercere præsumant , idque , jure ac
me;

ILLUSTRISIMI E VENERATISSIMI SIGNORI

La dignità della nostr' arte, oltremodo da gran tempo oltraggiata dagli ambiziosi e iniqui insulti de' Chirurgi, meritando omai di esser rimessa nel grado, e onor suo, c' induce a scriverne a Voi; ci anima ancora la santissima legge del metodo di medicare, finora inviolabilmente osservata in tutto il Mondo, che nondimeno essi ardiscono d' impugnare e sbeffeggiare; cel comanda infine la pubblica Sanità de' Cittadini, a cui particolar obbligo ci astringe d' invigilare. Nè vi saranno nuove per avventura le liti, che l'enorme balanza de' Chirurgi nostrali ne ha suscitato, fino a non riconoscere l'autorità della Facoltà Nostra, benchè stabilita su saldoissimo fondamento; a dispregiare la direzione, i diritti, e i precetti de' Medici; a ricusargli per giudici nell'esame de' loro Candidati, tuttochè sia ciò con solenne legge prescritto in tutto il Regno; a non più comportarsi da ministri dell' Arte, anzi che ad ergersene in Maestri, e Caporioni, e, come tali, ad esercitare qualunque parte di Medicina,

merito præstate se superciliose asseverent.

Ad tam stupendam, tamque exitiosam temeritatem re-
frænandam non desuerunt, dilucide exposita Medi-
ciæ, & Chirurgiæ genuina indoles, amica ac ne-
cessaria in profligandis morbis ambarum conspiratio,
angustiores ad simultaneum, atque perfectum utrius-
que exercitium mentis humanæ cancelli, sanctiones
tandem, multigenæque leges, debitum medicinæ
nostræ, tanquam matri, & præfidiorum omnium fon-
ti ac rectrici primatum tribuentes. His Palmarium
adjunxiimus argumentum ex unanimi gentium omnium
consensu deductum, in quod, quasi commentitia re-
fussatum, audacter insurgunt Chirurgi; quos, ut
firmius refellamus, ad CELEBERRIMAM FACUL-
TATEM VESTRAM, ut & ad ceteras Europæ Me-
dicorum Academias recurrere cogimur, quæ apud
vos in usu sunt, perdiscere cupientes. Quapropter
vos enixe rogamus, & obtestamur, VIRI ERUDI-
TISSIMI, ut quam cito fieri poterit, rescripto sfa-
cere

che o non intendono punto, o sol di nome: il che presumono con fatto e sopracciglio a tutta ragione di poter fare.

A rintuzzare così portentosa, e perniciosa temerità non mancarono forti ragioni, e tra queste la vera indole e qualità della Medicina, e della Chirurgia chiaramente esposte; la necessaria amichevole cospirazione di entrambe nella cura de' mali; gli stretti cancelli della mente umana, che non permettono di poter perfettamente esercitarsi l' una, e l' altra nel tempo stesso da una stessa persona; finalmente le molte leggi e sanzioni, che attribuiscono alla Medicina, come madre, fonte, e rettrice di tutt' i salutari prefidj, il primato. A queste ragioni per ultimo e decisivo argomento e sigillo fu aggiunto l' uniforme consenso di tutte le Nazioni, contro'l quale, come meramente supposto, con grande ardimento si scagliano i Chirurgi; i quali acciocchè noi più vigorosamente possiam ribattere, siam costretti di ricorrere alla Celeberrima Facoltà Vostra ugualmente, che a tutte l' altre Accademie Mediche d' Europa, bramose di apprendere gli usi e le costumanze

cere perhibeatis , an , & quomodo FACULTATIS
 VESTRÆ auctoritati subjaceat Chirurgorum socie-
 tas ; an tentaminibus , pro capessendo Chirurgiæ ma-
 gisterio , Medici præsint , & de explorata Candidato-
 rum doctrina pronuntient ; an Medicorum consiliis ,
 monitis , jussisque in praxi Medica , morigeros se-
 præbeant Chirurgi vestrates ; hisce parere , legum
 vi teneantur ; an gravi cuidam operationi Chirurgi-
 cz , Medicis inconsulis , manum admoveare fas sit ;
 an artis suæ partem theoreticam , quod Medicæ tan-
 tum facultatis munus est , penes Chirurgos sit pu-
 blice edocere ; an tandem victus regimen , interna-
 que medicamina præscribere , sive Medicinam i-
 psam una cum Chirurgia profiteri ipsis pro lubitu
 concessum sit . Singulis hisce super articulis respon-
 dere dignemini , VIRI ILLUSTRISSIMI . Absit
 tamen , nos talia percontari , ut inde ansam mali-
 gne aucupemur Chirurgos lædendi , inter quos plu-
 res maxime peritos agnoscimus , & commendamus .
 Id eo tantum animo peragimus , ut Chirurgiam sta-
 tutos intra limites coercere , ejus perennem sic ser-
 vare

vostre intorno al punto in questione. Vi preghiamo perciò, e vi scongiuriamo con tutto lo spirito, Eruditissimi Signori; acciocchè al più presto, che sia possibile, ci dicate sinceramente nella risposta: 1. se, e in qual modo l'ordine, o'l corpo de' Chirurgi sia sottoposto all'autorità vostra; 2. se ne' saggi, che danno i Candidati loro per ottenere il Magisterio, o fra la Laurea di Chirurgo, presiedano i Medici e decidano della scienza, e abilità de' Candidati; 3. se i vostri Chirurgi nella pratica dell' arte si mostrino rispettosì a' consigli, avvertimenti, e precetti vostri; e se siano per forza di leggi tenuti ad ubbidirvi; 4. se ad essi sia lecito; senza richiedere il sentimento de' Medici, eseguire alcuna pericolosa operazione Chirurgica; 5. se possano i Chirurgi insegnar pubblicamente la teoria dell'arte loro, ciocchè spetta privativamente alla FACOLTA' MEDICA; per 6. e ultimo: se il regolamento del vitto, i rimedj interni, e, in una parola, la Medicina e la Chirurgia insieme sia loro permesso di professare a loro arbitrio. Compiacetevi, Illusterrissimi Signori, di rispondere a tut-

vare utilitatem, nec non ordinis nostri munus, & honorem illibata tueri, quodque magis semper cordi erit, publicæ saluti, ut par est, citius certiusque consulere possimus. Jure mirabitur CLARISSIMA FACULTAS VESTRA, de re adeo dilucida & gravi, in qua de hominum vita, ac sanitate agitur, jurgia in hac civitate moveri, acrese agitari controversias. Proxime instat tempus, quo has dirimere decrevit de humano genere Benemeritus REX NOSTER, opem ferentibus æquissimis, atque perspicacissimis viris, quos in consilium admisit, rerum æstimatoribus. Non dubitamus, quin INCLYTÆ FACULTATIS VESTRÆ testimonium, tum apud vicarios judices, tum apud ipsum Regem maximi ponderis habeatur. Illud itaque e comitate, & humanitate vestra confidenter præstolamur. Nec tali beneficio nos censeatis indignos, qui jamdiu vobis grato animo, omniisque obsequii, & reverentiae

cultu

40 11 D

a tutti questi quesiti. Tolga Iddio però, che noi facciam cotali domande per cercar malignamente pretesto per offendere i Chirurgi, tra' quali ne riconosciamo non pochi sommamente periti, e che non lasciamo di commendare. Nostra mente soltanto è di ridurre ne' giusti suoi confini la Chirurgia, affinchè serbar possa la sua utilità; e nel tempo stesso di difendere e softenere l'autorità e'l decoro della carica dell' Ordine nostro; avendo noi massimamente a cuore, di poter così più prontamente, e con maggior sicurezza provvedere alla pubblica Sanità. Si maraviglierà senza dubbio la Clarissima Facoltà Vostra, che sopra di un sì chiaro e importante punto, come quello, che riguarda la vita e sanità degli uomini, nascano in questa Città diffidenze, e quindi aperte rivalità e conteste. Pertanto egli è prossimo il tempo, in cui l' amatissimo nostro Re ha risoluto di por fine a' nostri piatti, col parere di giustissimi e perspicacissimi suggetti, che ha chiamati al giudizio. Nè dubitiam punto, che la testimonianza dell' Inclita Facoltà Vostra sia per essere così presso de' Giudicanti, che presso del Re medesimo, di grandissimo

cultu sumus, eternumque manebimus devincti.

LUTETIÆ PARISIORUM

Die quarto Decembris 1748.

Saluberrimæ facultatis Medicinæ Parisis
Decanus S. B. T. Martinenq,

L'adresse de M. le Doyen de la faculté est à M. Martinenq. Doyen de la Faculté de Medicine de Paris,
rue du Pourtour Saint Gervais.

Illus:

mo peso. Tanto noi con fidanza attendiamo dalla genilezza e umanità vostra. Nè vogliate stimarc' indegni di tal beneficio: mentrechè noi da gran tempo con ogni sorte di gratitudine, di ossequio, e di rispetto vi ci siam dichiarati, e nuovamente dichiariamo di esservi perpetuamente tenuti.

Parigi 4. Dicembre 1748.

Della salutarissima Facoltà Medica di Parigi
il Decano S. B. T. Martinenq.

L'indirizzo del Sig. Decano della Facoltà spetta al
Sig. Martinenq. Decano della Facoltà di Medicina
di Parigi, Contrada del Pourtour S. Gervasio.

Illusterrimis atque Amplissimis Viris
DD. Decano Collegisque Inclytæ Facultatis
Mediceæ Parisiensis
Medicinæ Professores Regiæ Univeritatis Neapolitanæ.
 S. P.

QUÆ superioribus diebus Celeberrimæ Facultatis Ve-
 stræ nomine redditæ nobis sunt litteræ , eæ pri-
 mum non mediocri nos voluptate affecerunt , re-
 putantes nil nobis auspicatus , honorificentiusque
 accidere potuisse , quam officiæfissimis litteris ab iis
 viris interpellari , quorum dignitas , auctoritasque
 documentis amplissimis confirmatæ , jamdudum aures ,
 animosque nostros penitus compleverant . Sed cum ea-
 tum scribendarum occasionem eam esse deprehendi-
 mus , quod apud vos similitates , altercationesque in-
 ter Medicorum , & Chirurgorum cœtus eo acerbita-
 tis processerint , ut Magistratum , Regisque ipsius
 Sacratissimi curam providentiamque excitaverint , suc-
 cessit protinus voluptati ægritudo ; rationemque fa-
 cile inivimus , futurum , ut primum populi salus ,
 quam

Ag'l Ill ustrissimi, e Veneratissimi Signori Dottori, il
 Signor Decano, e i Signori Colleghi dell' Inclita
 Facoltà Medica di Parigi
 I Professori di Medicina della Regia Università di Napoli
 Fan divotissima riverenza.

*L*a lettera, che giorni sono in nome della Celeberrima Facoltà Vostra ci fu recata, alla prima ci appartenne non lieve contento, considerando noi, che più lunghevole e onorifica avventura non ci potea toccare, che d' esser richiesti del sentimento da que' suggetti, la cui reputazione e autorità sostenuta da gravissimi documenti, già dianzi ripieni e appagati avea non men gli orecchi, che gli animi nostri. Ma poichè conoscemmo eferne stata cagione le similtà e le brighe antiche tra i due degni ordini de' Medici e de' Chirurgi vostrì, oggi mai esacerbate a segno di aver obbligato i Magistrati, e la stessa sacratissima Persona del Re a sedarle; se cangiò tosto in tutto il piacere: imperciocchè giudicammo, che la salute del Popolo, che, a detta de' Savj, effer dee la suprema legge, ne patirebbe moltissimo.

quam summam supremamque legem sapientes edixerunt; deinde & Artis, Artificumque existimatio, & bonum nomen in apertum discrimen adducantur. Nam neque Medicum Chirurgi manu destitutum adversus omnes humanos casus satis paratum populus novit: neque rursus Chirurgum Medici monitis præceptionibusque obluctantem quidquam cum laude, & fructu moliri posse persuasum habet: ex quo fit, ut quum utroque arcessito, aut consulto, alterum alteri repugnantem, alteriusque facta vitiocurrentem quis audiverit, facile utriusque consilia pariter suspecta habeat, & parvi pendat. En salutis publicæ, en Medicinæ universæ jacturam ac labem! Hæc, Viri Amplissimi, quum animo nostro obversantur, profecto non possumus, quin doleamus vicem florentissimæ Gentis Vestræ, quæ cum omni ætate Medicos Chirurgosque excellentissimos protulit, cum in studiis universis, quibus Reipublicæ felicitas, fortuna decusque in primis continentur, ceteris nationibus palmarum facile prætrahit. Quæ quidem non eo commemoravimus, ut refricaremus ætri animi

ve-

tissimo, e che la dignità dell' Arte, e'l buon concetto degli Artefici dicaderebbe fino al diffregio. E di vero non può il popolo in ogni specie di accidenti ricevere il necessario soccorso dal solo Medico, essendo talora necessaria anche la mano del Chirurgo; e per opposto molte volte in quegli stessi casi, che sembrano esigere soltanto la mano del Chirurgo, è parimente richiesto il consiglio, l'avvertimento, e'l preceutto del Medico. Adunque se in tali casi chiamato, o consultato l' uno e l' altro, si trovi contrario il lor parere, e che l' uno riprenda e disprezzi quel che afferisce e incuca l' altro; chi si trova a sentir siffatta contraddizione e contesa, di leggieri fa cattivo concetto di entrambi, e si beffa di ciocchè l' uno e l' altro affermano. Ecco trascurata la pubblica sanità, e diffamata tutta la Medicina. Le quali cose avendo noi presenti nell' animo, non possiamo non sentir con dolore la trista circostanza della floridissima Nazion Vostra, la quale ha in ogni tempo prodotti Medici e Chirurgi eccellentissimi, siccome in tutte l' altre Scienze, da cui la pubblica felicità, e fortuna e decoro dependono, ha-

B

fra

vestri vulnera, sed ut testam vobis faceremus
voluntatem sententiamque nostram, qua^m unice pro
concordia atque pace est: quibus scilicet interve-
nientibus, singulorum cœtum rationes feliciter pro-
movebuntur; at ex alterutrius victoria nil proprius
erit, quam ut utrorumque calamitas & vilipendium
pedentim consequantur.

Postquam hæc utcumque p̄fati sumus, sermonem eo
referentes, quo Litteræ vestræ nos provocant, ve-
teræ, receptaque instituta nostra paucis exponenda
suscipimus, ex quo obsequenter quidem existima-
tionisque erga inclytam Facultatem Vestram plenum
animum, omni tamen partium studio vacuum Vos
agnituros esse confidimus.

Et primum prætermittere non debemus, nosstrates Chi-
rurgos fere omnes ita Medicæ institutioni operam
date, ut nullam sive abstrusioris cultiorisque Me-
di-

fra tutte le Nazioni meritato il primo vanto. Queste
 tali cose non abbiam noi rammemorate per ringraziar le
 ferite dell'afflitto animo vostro, ma sì bene per pa-
 lesarvi senza velo e mistero la sincera volontà e opi-
 nione nostra, che assolutamente sta per la concordia e
 pace; per lo cui mezzo le ragioni dell'una, e dell'al-
 tra parte faran meglio intese, e racconciate; laddove
 proseguendo l'asprezza e la rabbia della contesa, la
 vittoria dell'una, o dell'altra parte porterà seco col
 tempo la rovina e'l totale avvilimento di tutte e due.
 Premesso questo qualunque proemio, ci facciam d'appres-
 so a quello, a cui nella vostra lettera ci chiamate,
 e brevemente sponendovi gli antichi, e approvati no-
 stri statuti, ravviserete così la riverenza e la pic-
 na nostra stima verso dell'Iuclita Facoltà Vostra, co-
 me altresì di non esserci noi dispartiti punto da quel-
 la schiettezza e neutralità, che tanto è desiderata, e
 soprattutto da Voi.

Primieramente convien sapere, che quasi tutti i nostri
 Chirurgi talmente apprendono gl' Istituti dell'Arte Me-
 dice, che non tralasciano ogni altra parte più difficile

dicinæ, sive Philosophiæ, aut aliarum cognatarum disciplinarum partem insalutatam relinquant. Eo curriculo confecto, gradum Medicinæ Doctoris pertinet, & assequuntur, quo scilicet nomine, & gradu nullâ parte deteriores, aut ignobiliores habentur quolibet ex egregiis consultis suisque Medicinæ Professoribus. Quum vero optione quadam Chirurgico tantum ministerio se totos mancipant, tunc, nulla habita ætatis, præstantiæ, celebritatisve ratione, in Medicis confessibus, & colloquiis, sive de casu Chirurgico, sive de alio quovis consultacio instituatur, dignorem locum Medicis ultro concedunt.

Sequitur alter Chirurgorum ordo: atque hi sunt, qui Chirurgiæ, non vero Medicinæ Doctores creantur & appellantur. Horum minimus numerus est, & paullo deterior conditio. Verumtamen & horum Privilegii, (ut nos appellare solemus) sive licentiaturæ formula ita concepta est, ut nihil iis desit, quominus artem suam & profiteri, & docere, & usquequaque arbitratu sententiaque sua in ea se exercere valeant. Nulla igitur lex, nulla sanctio apud nos

di Medicina e di Filosofia, e qualunque altra Scienza, che abbia minima relazione colla Chirurgia. Compiuto siffatto corso di studj, demandan essi e ottengono il grado di Dottori in Medicina: con questo grado e titolo non son essi punto nè poco inferiori, o men nobili di qualsiasi altro più esimio e più culto tra' Professori di Medicina. Ma se per propria elezione risolvano di esercitare soltanto la Chirurgia; in tal caso, senza riguardo alcuno di età, di merito, e di fama, ne' consensi e abboccamenti Medici tanto di caso puro Chirurgico, quanto di ogni altro, ultroneamente danno essi il più degno luogo a' Medici.

Avvi un'altra classe di Chirurgi, cioè quelli, che son creati, e chiamati Dottori di Chirurgia, e non di Medicina: di costoro piccolissimo è il numero, e la condizione alquanto men riguardevole. Nondimeno la formola del lor privilegio (come volgarmente sogliono chiamarlo) o licenziatura, è conceputa talmente, che niente loro manca per potere a lor piacere e arbitrio professare, insegnare ed esercitare ovunque liberamente l'arte loro. Non v'ha presso di noi legge,

nos prostat, quæ Chirurgorum ordinem Medicis sub-
jiciat; vel eorum opera & ministerium Medicorum
censuræ obnoxia faciat. Itaque meri Medicorum
ministri ii tantum habentur, qui nullis litteris ex-
culti, sola observatione, atque usu, sanguinis de-
trahendi artem callent; qui iidem vesicantia admo-
vere; clysteres injicere; aliaque, si qua sunt hu-
jusmodi minus operosa, obire consueverunt.

His in antecessum notatis, æquum est deinceps respon-
dere singulis questionibus in Epistola Vestra propo-
sitis. Et primæ, quæ in hæc verba concepta est:
*An, & quomodo Facultatis Medicæ auctoritati sub-
jaceat Chirurgorum Societas?* jam supra a nobis fa-
tum est satis: nulla enim a legibus Medicorum
auctoritas est; nullum jus in Chirurgorum ordinem.
Secundæ: *An tentaminibus pro capessendo Chirurgie
Magisterio Medici præsint; & de explorata Candi-
datorum doctrina pronuntient?* respondemus affirman-
tes, & Medicos hujusmodi tentaminibus præesse; &
eosdem de Candidatorum doctrina pronuntiare: quod
quidem inde fit, quoniam Collegium, cui jus tribu-
tum

o sanzione alcuna, che sottoponga l'ordine de' Chirurgi alla censura de' Medici. Onde meri Ministri de' Medici son coloro soltanto, che non fan di lettere, e che colla semplice osservazione, e coll'uso apprendono a tirar sangue, a medicare esternamente, ad applicare i vescicatorj, a fare i cristieri, e altre tali simili cose men difficili, e non pericolose.

Avendo stabilitate queste cose, conviene ora rispondere a questi proposti nella vostra lettera, e cominciando dal primo, espresso in questi termini: se, e in qual modo l'ordine de' Chirurgi sia sottoposto all'autorità della Facoltà Medica: rispondiamo, di aver già risposto, cioè negativamente: imperocchè, siccome fu detto, non vi è legge, che dia a' Medici autorità, e dritto alcuno sopra i Chirurgi.

Al-secondo: se ne' saggi per ottenere il magisterio di Chirurgia presiedano i Medici, e decidano dell'abilità e dottrina de' Candidati: rispondiamo affermativamente sì per l'una, come per l'altra parte della domanda: imperocchè il Collegio, che gode del dritto di conferire il grado di Dottore (sia di Medicina,

tum est promovendi juvenes ad Doctoris gradum , ex solis Medicis , sive Medicinæ Doctoribus constitutum est . (1)

Quod ad tertiam : *An Medicorum consiliis , monitis , iussisque in Praxi Medica morigeros se præbeant Chirurgi ; hisque parere legum vi teneantur ?* jam dictum est , nihil legibus sancitum esse , quod ad rem nostram pertineat . Atqui ex laudabili modestia , observantiæque præscripto , ubi casus occurrit , in quo Medici , Chirurgique consilium atque opera junctim exquiratur ; tunc prolati seorsum sententiis , alter alteri tantum tribuet , quantum rei natura , atque uniuscujusque auctoritas , exercitatio , peritia postulante videbuntur . Quod si conciliari consilia mentesque disceptantium nequeant ; is de cuius salute agitur ,

post-

(1) Licet Chirurgi Medicinam & Chirurgiam edocto litterisque exculto , Medicinæ Doctoris lauream petere & obtinere ; ac si cetera obsequantur (nimirum si in Urbe Neapolii , agrove & Diœcesi natus sit , queis tantum veteri privilegio id concessum) in Collegium , si velit , cooptari , & inter Collegii Doctores recenseri , & in Candidatis promovendis suffragium ferre .

sia di Chirurgia) è composto di soli Medici , o sii
di soli Dottori di Medicina . (1)

Il terzo : se i Chirurghi mostrino dependenza da' Medici , cioè dire : se ascoltino con certo rispetto i consigli , gli avvertimenti , e i precetti de' Medici ; e se in forza di leggi debbano obbedirgli . A questo fu ampiamente risposto sopra . E' da soggiugnere però , tal essere il buon costume , e lo scambievol rispetto , che tra loro praticano i Medici e Chirurghi nostrali , che ne' casi , in cui è necessario il consiglio del Medico u- gualmente che del Chirurgo , ciascun separatamente dice il suo sentimento , e quello è appravato , che alla ragione più si confa , o , in difetto di essa , all'autorità , e dottrina , o esperienza maggiore di colui , che l'ha profferito . Qualora poi non si accordassero i pareri , e ciascun difendesse il suo ; e condannasse l'altrui ;

mes-

(1) Può il Chirurgo insituito nella Medicina e Chirurgia , qualor sia culto ed erudito , prender la laurea di Dottor di Medicina , e può , concorrendo l'altre circostanze (cioè di esser nato nella Città di Napoli o nel suo contado , per privilegio antico conceduto alla Metropoli e suo contado) domandare l'ammissione al Collegio , e divenir Collegiale , e federe tra gli altri , e nella promozione de' Candidati dare il suo voto .

posthabita alterutrius auctoritate, cui visum fuerit, sententia adhærebit, in eaque conquiescet.

Quarto quærebatis: *An gravi cuidam operationi Chirurgice, Medicis inconsultis, manum admovere fas sit?* Qua in re morem atque institutum spectare oportet cum privatorum hominum, tum publicorum Nosocomiorum. Et quidem non solent privati; non solent Nosocomiorum Curatores, Medicis inconsultis, gravem aliquem Chirurgiæ casum unis Chirurgiæ committere. Quin ne Chirurgi quidem ipsi, si sapiant, quidquam gravius aggrediuntur, nisi concordem Medicorum sententiam adstipulantem habeant. At si æger, sive is, cujus intersit, cuique ægri salus concredita sit, animum induxerit, ut solius Chirurgi consilium, atque operam poscat in casu Chirurgico quantumvis gravi, nullus amplius disceptationi locus erit, poteritque unusquisque jure suo uti.

Quinto: *An artis suæ partem theoreticam pene Chirugos sit publicè edocere?* Solent Medici theoreticam chi-

mezza da banda l'autorità, e la fama de' discordanti Dottori, colui della cui salute si tratta, si appiglia a quello, che giudica il migliore, e quello eseguisce.

Al quarto: se sia lecito di fare alcuna grave operazione Chirurgica, senza consultarne prima i Medici: rispondiamo che osservando il general costume sì de' privati cittadini, come de' pubblici Ospedali, non par lecito: imperocchè tanto le persone private, quanto i Rettori e Governadori degli Ospedali in siffatto caso non fidano nel solo parere de' Chirurgi, ma richiedono parimente quello de' Medici; anzi i più saggi Chirurgi non mai si lasciano a imprendere veruna grande e pericolosa operazione, se precedentemente non l'approvino e configlino i Medici. Che se l'infermo, o colui, a chi prema, o a chi siasi affidata la salute dell'infermo, in caso meramente Chirurgico, ancorchè gravissimo, risolva di valersi del consiglio e dell'opera del solo Chirurgo; non v'ha chi gli si opponga, potendo ciascuno far valere il suo diritto.

Al quinto: se presso di noi spetti a Chirurgi l'insegnar pubblicamente la teorica della Chirurgia, ri-
spon-

chirurgiæ partem publice privatimque apud nos explanare. At non interdictus est Cathedræ usus vel ipsis meritis Chirurgis; quod ex privilegii formula supra commemorata aperte liquet. (2)

Sexto tandem : *Interna medicamenta, & vietus regimen in casibus mere Chirurgicis solent aliquando Chirurgi pro ingenii sui modulo prescribere : saepius vero Medicos in consilium advocare.* At , præter casus Chirurgicos , ab omnibus hisce bene morati Chirurgi prorsus abstinent , atque intra fines suos se contineant studient .

Quæ quum ita sint , perspectum vobis esse arbitramur;
Viri sapientissimi , nihil fere in rem propositumque
ve-

(2) Non interdictum Chirurgo theoreticam Chirurgiæ partem publice docere ; satis , ut vetera omittantur exempla , probat Cl. Nicolaus Froncillus ; qui licet Chirurgiam profiteretur ; nihilominus cunctis pene suffragiis Chirurgiæ tam theoreticæ , quam practicæ Cathedram in Regio Neapolitano Lyceo obtinuit , quamque annos amplius XLIV. magna cum fai laude , parique adolescentium utilitate sustinet ,

spondiamo, che presso di noi sogliono i Medici spiegare e in pubblico e in privato le teorie Chirurgiche. Ma non perciò è vietato di montare in Cattedra a' semplici Chirurgi; il che si rileva della stessa formula del privilegio mentovata di sopra. (2).
 Al sesto e ultimo: se sia permesso, a' Chirurgi di prescrivere il vitto e i rimedj interni ne' casi assolutamente Chirurgici: rispondiamo che alcuna volta i Chirurgi ne' suddetti casi regolano il vitto e prescrivono i rimedj interni, secondochè lor suggerisce il loro talento e saperè: ma più soventemente intorno a questi due punti si consigliano co' Medici. Eccettuati però i casi chirurgici, i giudiziosi e morigerati Chirurgi non s'ingeriscono a prescrivere il vitto, e meno i rimedj interni, contenendosi anzi a bello studio entro a' propri confini. Or essendo questo stato delle cose presso di noi, comprendete chiaramente, Signori, nulla, o ben poco.

(2) In conferma di ciò, lasciando gli esempi dell'antichità, il vivo, e luminoso del Sig. Niccolò Froncillo, è bastante; il quale sebben professasse la Chirurgia, nondimeno fu quasi a pieni voti creato professor di teoria e pratica Chirurgica nella Regia Università, e che da XLIV. anni con gran sua gloria, e pari utilità della Gioventù studiosa, tuttora sostiene,

vestrum, aut saltem non multum, ex nostratum
institutorum cognitione deduci posse: nihil enim
hic legibus scriptis traditum, aut præstitutum est:
sed omnia passim inter Medicos, Chirurgosque mo-
destia, observantiaque mutua, quæ viros graves,
artem difficillimam, gravissimamque profitentes, ma-
xime decet, transfiguantur. Quam vellemus, ut no-
stro, obscurorum licet hominum exemplo & emu-
latione perciti, mutua & Medici Chirurgique vestra-
tes observantia, comitateque (quæ vel præcipua
Gallorum, peculiarisque laus celebratur ac suspici-
citur) posthac certare, officiisque se vicissim devin-
cere in animam inducerent! Hoc ex prudentia ve-
stra, hoc saltem Regio Edicto sanctioneque interve-
niente, propediem expectare licet. At quidquid fu-
turus sit, speramus nihilominus observantiam, ob-
sequiumque nostrum Vobis probaram. Iri; quibus
faustissima omnia, honorificaque ex animo adpre-
camur.

Neapoli XIV. Kal. Maji MDCCIL.

poco da' nostrali statuti raccorci, che favorisca la causa vostra: imperocchè nella nostra Città non v'ha niente definito, o limitato dalle leggi scritte intorno alla predetta questione. Tra' nostri Medici e Chirurghi tutto procede con lodevole circospezione e riserva: siccome per altro in un'arte sommamente difficile e pericolosa conviene a chi con savietta e onestà la professi. Il perchè sarebbe di estrema consolazione per noi, se i Medici e Chirurghi Vostrî, ad esempio ed emulazione de' nostri, benchè al confronto di picciol contrappeso, cercassero colla piacevolezza, e cortesia, e decenza delle maniere (nelle quali, per comune confessione la nazion Franzese ha meritata la palma) dì obbligarsi e rappaciar si scambievolmente, e da ora innanzi uffiziosamente procedessero in tutto. Il che dì breve e dalla vostra savietta e massimamente dalla pubblicazione del Regio Editto e sanzione possiamo attendere. Ma che che fa per avvenirne, speriamo certamente che farete per appagarvi almeno della stima, e dell'ossequio nostro in verso dì Voi, a cui di tutto cuore auguriamo in ogni cosa lieto e lodevol fine.

Napoli 16. Aprile 1749.

678881
Digitized by Google

